FLORUS LUGDUNENSIS. RUPERTUS TUITIENSIS

Zwettl, Ende 12. Jh. Seite 196r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31662
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



alexander extitit. et uicto dario sicut iam
dictum est solus suo tempore regnum te-
nuit. regnum autem persarum et medorum non
rex unus extulerat capta babylonia. sed duo
babylonie uictores et duo fuere reges
eodem tempore unius imperii consortes uidelicet
cyrus et darius auunculus eius astyagis filius.
Bene igitur hyrci quidem unum arietis autem cor-
nua duo uisa sunt. quia uidelicet unus rex
regnum macedonum duo autem reges persarum
et medorum roborauerunt imperium. Cyrus
tempore uel etate iunior quam darius uic-
toriis et potentia plus creuit nec non et op-
ibus. dario maior effectus est. Hoc pulchre
uisio memorata innuit. dum premisso et
ecce aries unus stabat ante paludem habens
cornua excelsa subiugitur et unum excelsius
altero atque subcrescens quod est cyrus da-
rio ualentior. et uictoriis magis quam
Ad summum Ille proficiens:
mysterium nonne in ipsis regnorum mu-
tationibus pulchra pars elucet eius de
uictorie uerbi dei quam laudare suscepimus.
Si quidem uerbum dicere et falli non posse id
sine dubio uincere est. et huiusmodi uictoria
maxime ad uerbum pertinet. Dicebat autem deus
hec ante quam fierent et de futuris fie-
bat uerbum domini ad homines ita ut dum
fierent sine dubio constare posset homini-
bus igitur non casu euenirent. sed ordinate pro-
uidentia dei racionabiliter procederet. et per iu-
stum iudicium disposita contingerent.
Unde quidam ipsorum prophetarum cum premissis dicens
si erit malum in ciuitate quod dominus non fecit
continuo subiunxit. Quia non faciet dominus deus
uerbum nisi reuelauerit dominus secretum suum ad u-
sus suos prophetas. Exempli gratia ut de reg-
nis istis mundanis et contra inuicem pu-
gnantibus non fecit dominus quicquam nisi prius
reuelaret secretum suum primum sub ymagi-
nibus bestiarum leene. ursi. pardi. et quar-
te terribilisque sine nomine describitur et deinde
sub similitudinibus arietis et hyrci quas
nouissime sermo commemorauit. Cum igitur
primo in uerbo domini prophetis reuelatur secretum et tunc
demum sicut reuelata uel predicta sunt ita omnia
fiunt simul. et uerbum dei palmam obtinet
ueritatis et opinio confutatur illorum qui
putauit hunc mundum casualiter agi nec
regi prouidentia dei. Contra quos ait per
hieremiam prophetam ipsum uerbum domini. Quis est
iste qui dixit ut fieret domino non iubente
ex ore altissimi non egredientur nec bo-
na nec mala. Recte nimirum indig-
natur contra huiusmodi. quia nichil fit
sine causa iubente deo nichil sine cau-
sa fit sub sole. non agitur mundus absque pro-
uidentia dei sed ex ore eius egredientur
bona et mala mala dum mundus propter sua
merita iusto iudicio affigitur. bona dum
prosperitate aliqua consolacionem inuenit
et letificatur. Merito uescitur qui aliter sen-
tit iuste reprobatur qui contraria sapit dum
quod de illo quis est iste quod idem est ac si dicat
deus nescio quis sit iste nolo scire quis is-
te discedat a me non noui istum nolo
nosse istum.
Conquestio ad amicum. quod dia-
bolus inuideat amplius ei quod circa
uerbum dei frequentius habet studi-
um. Responsio ad eundem
rogantem elucidare prologum secundi libri ma-
chabeorum. Inincipiendo de quin-
to capite quod fuit regnum grecorum con-
siderandum de principibus quorum unus ad da-
niele loquitur princeps autem regni persa-
rum restitit michi. xi. diebus et uno.
et iterum cum egrederer apparuit princeps
grecorum ueniens. et nemo est adiutor
meus in his omnibus nisi michahel princeps uester.